

perfecta de corijs buffallorum habent lanceas/ clipeos & balistas. omnes eorum  
 sagittas toxicant/ & omnes tam femine quam mares & precipue qui ad opera mala  
 intendunt toxicum portant secum. ut si casu fortuito aliquo comisso aliquis  
 capiatur propter quod debeat ad torturam poni. prius quam uelit penas substinere  
 flageli toxicum in os proicit & deglutit ut per ipsum quam citius moriatur/ set  
 quia ad hoc dominium est affectum semper sterco caninum h[ab]etur paratum ut si *nota*  
 30r<sup>o</sup> quis| captus dicta de causa toxicum deglutiret ad hoc ut toxicum ipsum euomat *sterco etiam humanum*  
 statim sterco predictum ipsum faciat deglutire ita quod dominium huiusmodi *est utile & operatur con-*  
 ad hoc inuenit remedium & est quid expertissimum/ item iste gentes aliam *tra venenum quod facit*  
 turpem & nephariam consuetudinem obseruabant. nam si qui Nobilis & pulcher *sterco caninum*  
 & magne aparence & ualoris ueniret ad domum alicuius de ista prouincia hospitatum  
 interimebatur ueneno in nocte & hoc ut gratia ualoris sui & sensus prosperitas &  
 anima in illo hospicio remaneret & sic quam plures deperibant set magnus can  
 illam consuetudinem interdixit quod timore ipsius non fuit amplius obseruata/  
**Q**uando uero itum est uersus ponentem .v. dietis a prouincia caraiam dis-  
 cedendo inuenitur quedam prouincia nomine çardandan. cuius gentes  
 adorant ydola & sunt subdite magno can. magistra ciuitas huius prouincie *adorant ydola*  
 uocian appellatur gentes ipsius dentes habent deauratos uidelicet quod omnes *nota*  
 dentes sunt coperti auro nam fieri faciunt in similitudinem dentium unam formam  
 de auro cum qua dentes coperiunt/ homines itaque secundum eorum consuetudinem  
 milites sunt omnes. & ad nil aliud intendunt quam ad aucupationes uanationes &  
 res ad exercitus pertinentes & alij homines quos ipsi capiunt & retinent pro  
 seruis/ Jtem statim cum mulieres filium peperierint de lecto exurgunt filios *nota*  
 lauantes & ipsos panis inuoluentes tu[n]c earum uiri in lectis se reponunt iuxta  
 30v<sup>o</sup> se| filios retinentes. quibus uxores seruiunt tamquam ipsimet filios peperissent. sic  
 uero iacent uiri circa xx dies uel plures/ secundum consuetudines eorum/ gentes  
 comedunt carnes crudas & coctas. cibus eorum est risi cum carnibus. uinum  
 eorum est de riso factum cum multis admixtis speciebus ualde bonum. Moneta  
 eorum est aurum. set expendunt etiam porcelanas. set reuertatur ad tractatum  
 prouincie çardandan. Noueritis itaque quod gentes ipsius non habent ydola neque *nota*  
 templa set maiorem adorant de domo dicunt enim de isto exiimus non habent *adorant maiorem domus.*  
 literas. & nullas faciunt scripturas & hoc non est mirabile/ nam orti sunt in loco  
 multum deuio & siluestri uidelicet in lucos & montibus per quos iri non potest  
 in estate aliqua causa mundi. quia aer est ibi tam malus & corruptus quod nullus  
 forensis posset euadere quin periret

**E**t cum equitatum est dietis xv supradictis inuenitur quedam pulcra ciuitas  
 nomine Myen. que est Nobilis & magna & capud regni. gentes eius  
 adorant ydola & loquela[m] per se habent suntque sub dominio magni *adorant ydola*